similemque vel si opus fuerit meliori recognitionem facere, et circa transportationem in-
scriptionis praesentis, Generosam Helizabeth de Dziemissowa consortem suam, licentiam cum duo-
bus Amicis de linea paterna proximioribus ad eadem acta terrestria Premislien adducere
et statuere, quae adducta et statuta debet ac tenebitur super inscriptionem pre-
sentem quo ad omnia iura sua reformatoria et adventitia consentire, eandemque
in omnibus punctis clausulis, articulis, conditionibus, quae ratificare con-
firmare et approbare, sub vadio similis summae duorum millium florenorum
monetae Polonicae, pro quoquidem vadio et vadiis ex quacumque re et causa succum-
bitur et succumbendo, si se praesentibus Chmielezki cum suis successoribus eidem An-
dree Birezki et eius successoribus citare promiserit, extunc recedendo a tribus
districtibus iuribus foroque suo quovis competenti coram praesenti Castrensi Ca-
pitaneali Premislien iudicio et officio, cui se ad quod sequitur citabitur, (Actus prae-
sentes respectu) cum omnibus bonis et successoribus suis subiicit in primo cit-
tionis termino tanquam in peremptorio, stare parere et rendere, ac pro praefato
vadio et vadiis ab eodem iudicio vel officio non recedendo sub alio simili vadio
et vadiis ab eodem iudicio et officio non recedendo sub alio simili vadio satisfa-
cere, decretumque et adiudicatum praefati tenebitur et successores tenebuntur, termi-
num ipsum primum et alios subsequentes terminos, nulla re exquisita nec colore
excogitato neque mente neque extraiudiciale vera vel simplici infirmitatibus
Actionum pro maiori, litis quibusvis regalibus, litis restitutionibus, bello expeditio-
ne bellica in casu hostium, iura pestifera, conventione generali vel par-
ticulari, statutis novis vel veteribus laudatis et laudandis, Decretisque
Maiestatis Regiae, Evocatione de terra et dictu servitio Reipublicae et milita-
ri, absentia a Regno, etiam extra Regnum, legalibusque quibusvis impedimentis
non differendo nec prolongando, atque se excipiendo, Minorennitate successorum
ac Interregnum, Poena tamen Marcarum et triplici poena, ad quietationem de in-
scriptione praesenti, et ad Evictorem seu Evictor si quos de iure habere possit
Ac adminimenta quovis literaria et verbalia dictum seu dictiones non petendo
A decretis quibusvis tam in Accessorio quam in principali, Nullas motiones
cum Appellationibus faciendo et interponendo, mala cautione et intempestiva po-
sitione eiusdem, ignorantia cautionis an terminum, Ne statuto illo quo cautum
est utendo, Nemo tenetur rendere in sive viso Minuti vel eius rectione de po-
sita cautione mala in lucro condicione, malo processu iuris, ac eandem condem-
nationem lucri, processuque iudiciarium ignorantia et iuramentum corporali non eva-
dendo ac aliis omnibus generaliter dictionibus, exceptionibus, controversiis, praescriptionibus
suspensionibus, quot quot solum sint et de iure consuetudinaliter observentur
non utendo suis nomine successor sub amissione totius causae vigore dicti
tionem praefati vadii et vadiorum, quod vel quibus solutis utique inscriptionem praesentem
omnibusque eius contentis tam in toto quam in minima parte satisfacere
cum suis successoribus tenebitur, Nulla praescriptione terminorum, ab usu inscriptionis
praesentis, Diuturnitate et taciturnitate temporis obstante, Quod memoriali firma-
tum est

Baczinska cedit Jozanski

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Nobilis Maruchna filia

olim Nobilis Stanko Jozanski, Consors vero relicta Nobilis olim Alwied-
ko Baczinski mea et corpore sana existens foro suo quovis proprio omni isso, et
sen iurisdictioni se cum successoribus suis incorporando et ministerium publice recipiendo
Quia de omni iure adventitio et alio quovis sibi modo quocumque inscriptionibus
quibusvis in Actis terrestribus Premislien seu aliis quibuscumque praedictum olim
Stanko praesentem suum, super sorte sua et bonis in villa Jozan consistentibus factis
inscriptis, sibique modo quovis servientibus, vigore quorum iuriam ipsa Ma-
ruchna sorte in Jozan utifruebatur cum omni iure, dominio, proprietate ne-
xuque et beneficio ac conditionibus in eisdem inscriptionibus contentis et de-
scriptis, nihil penitus pro se et suis successoribus reservando, Nobili Iwan
Jozanski dicto Fassula et eius successoribus eiusdem exnunc cedit et conde-
scendit, omneque ius suum quodcumque ipsam vigore inscriptionum praedictarum seu
alio quocumque duo in bonis praedictis concernebat in ipsum Iwan Jozanski
et eius successores, transfundit et incorporat perpetuis et aeternis tempori-
bus. Et iam exnunc ipsa Maruchna alias Jozanski in bona praefata iusque
suum, dedit et adiudicavit ac alium interim cum actuali et pacifica possessione praemi-
nisterialiter terminum quemcumque iam exnunc possessionis ad id additis, Nihilo-
minus praefata Maruchna Baczinska se et suos successores super omnibus bonis suis
obligat et inscribit praesentem inscriptionem ex his Actis ad acta terrestria Premislien ante
decursum vigesimi transportare in hac vel meliori forma verborum sub dam-
nis terrestribus, Pro quibusquidem damnis terrestribus praefata recognoscendo cum suis
successoribus per eundem Iwan Jozanski vel eius successores ad officium praesens Ca-
strensi Premislien citata, Extunc a iure foro suis quibusvis propriis
recedendo, coram eodem officio Castrensi Premislien in primo citationis termino tanquam
peremptorio, stare parere, rendere ac pro praefatis damnis terrestribus omni-
bus exceptionibus, controversiis praescriptionibus suspensionibus, vera vel simplici in-
firmitatibus, Actione pro maiori, Motionibus appellationibus, earumque prosequu-
tionibus, ad quietationem dictionum non petendo, poena tamen Marcarum et triplici poena
ac aliis omnibus generaliter dictionibus, iuribusque remediis, semotis et in parte reiectis
satisfacere, cum suis successoribus totiens quotiens opus fuerit tenebitur, Nul-
la praescriptione terminorum in praemissis obstante

Drohoiowski adscripsit Jaskmanighi

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensi Premislien Genero-
sus Joannes Thomas Drohoiowski de Droiow, mente et corpore sanus existens
A foro iure suis propriis quibusvis recedendo, praesenti vero Castrensi Premi-
slien iurisdictioni se successores ac bona sua omnia quo ad actum praesentem attinet in-
corporando et ministerium, palam publice per expressum recognovit, Quia
Generoso Andree Jaskmanizki de Jaskmanice et eius successoribus tenetur et
est debitus certi et liquidi debiti, Centum et viginti florenorum pecunie monetae Polonicae
Quosquidem centum et viginti florenorum pecunie ad priorem et originalem summam Mille et
Centum florenorum pecunie, in qua summa Nobili Sophie de Chlopizka relicte consorti
olim Generosi Hieronimi Chlopizki, bonorum omnium hereditarium et obligatorium, morte
ipsius derelictorum vigore iurium reformatorum et adventitialium ab olim praefa-
to Marito suo coram Iudicio et Actis quibusvis modo quocumque inscriptis habitis, Te-
nutrici, Matri, Necnon et Nobilibus Nicolao, Martino, Joanni, Christophoro
Thomae et Petro filiis praefati olim Hieronimi Chlopizki ex eadem